

32101 047243751

WINTERLING

DISSERTATIO DE
ORIGINE LINGVAE ANGLICAE ET HISPA-
NICAE

LIBRARY
OF
PRINCETON UNIVERSITY



DISSERTATIO
DE
ORIGINE LINGVAE ANGLICAE
ET HISPANICAE

CUJUS
PARTEM PRIOREM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
AUCTORITATE

PRO
DOCTORIS PHILOSOPHIAE ET AA. LL. MAGISTRI-
PRIULEGIIS RITE EXERCENDIS

HORIS ANTEMERIDIANIS
PARTEM ALTERAM
PRO VENIA LEGENDI OBTINENDA
IN LITERARUM VNIUERSITATE ERLANGENSI

HORIS POSTMERIDIANIS
PUBLICAE DEFENDET
AUCTOR
CHRISTIANUS MARTINUS WINTERLING
PHIL. DOCT.
CURIENSIS

ADJUNCTAE SUNT THESES.

ERLANGAE
TYPIS JUNGEANIS MDCCCXXIII.



LECTORI

S a l u t e m.

~~~~~

Pauca sunt, quae ad hasce dissertatiunculas duas de origine linguae anglicae et hispanicae praefari me oporteat; nam artissimis finibus cum essent circumscriptae, cauendum erat, ne prologus prolixior fieret fabula ipsa.

3004  
978  
(RECAP)

Quaerentibus, cur tam paucis breuibisque capitibus vtriusque linguae originem absoluerim, hoc respondeo: maximam partem praesidiorum, quibus ad hujusmodi negotium quisque accedens nullo modo carere potest, nil ad illa consequenda inexpertum omittenti mihi defuisse. At in priore hujus dissertatiunculae parte elaboranda miro modo Fortuna mihi fauebat. Quum enim quondam apud amicum meum reuerendissimum Doerfeldium, Angliae regi a legationum consiliis, virum in quouis literarum genere, in primis in linguis recentioribus versatissimum, versarer, is mihi Johnsonii magnum linguae anglicae glossarium ante oculos proferebat et solita sua benignitate domum abducere permittebat. Praemissa est huic glossario historia linguae anglicae, ex qua multa mihi sumpta esse lector ex citatis, singulis capitibus dissertationis prioris annexis, cognoscet. Si qua igitur auctoritas huic narrationi tribuenda erit, non mihi, sed peritissimo illi literatori, Johnsonio adsignari

---

debet. Ceterum alia ex aliis scriptoribus adjecisse, alia, quae non in rem meam venire videbantur, ex Johnsonii historia omissey me, nullus dubitabit, qui illius tractationem cum mea comparauerit.

In inuestiganda origine linguae hispanicae nullus tam grauis auctor viam mihi designauit. Sola historia ad fontem hujus linguae suauiissimae nec non grauis-  
simae me perducebat et vsque ad hodiernam ejus formam comitabatur. Ceterum nimis adhuc in ediscenda hac lingua, vti in optimis auctoribus legitur, occupatus eram, quam vt multam in explicanda linguae hispanicae origine operam ponere possem. Annuente Deo, nec externis praesidiis plane mihi deficientibus, mox eo venturum me spero, vt commilitonibus meis, hanc linguam, in qua tam egregii scriptores, in primis poetae, extiterunt, discendi cupidis, commode inseruiam.



---

Haec fere sunt, quae de instituto meo dicenda habui. Operaene pretium fecerim, penes te, lector, erit iudicium. Tu faue, vale.

*Dabam Erlangae d. VIII. Cal. Mart. MDCCCXXIII.*

---

---

## DISPUTATIO I.

### De origine linguae anglicae.

~~~~~

§. I.

Britanni seu Celtae primi Britanniae incolae erant. Qualis hujus gentis lingua fuerit, ex hac imprimis causa semper incertum manebit, quod vel scriptis illam non mandarunt, vel, si mandauerint, reliquiae ejus ad nostrum vsque aeuum non peruenerunt. Caesarem haud paucam hujus terrae partem imperio Romano armis adjecisse, res nota. Vnde linguam Romanam celticae sese immiscentem in hac alia mutasse, alia ad hanc addidisse, dubitatione vacat. Sed, vti jam diximus, neque mutatae, neque immutatae linguae britannicae seu celticae monumenta adhuc extant.

Cf. CAESAR de bello gallico Lib. IV. c. XXIII.

JOHNSON history of the english language in the english Dictionary principio.

§. II.

Fundamenta linguae anglicae posuerunt Anglo - Saxones. Sub imperatore enim VALENTINO III. anno CCCCL. p. Ch. n. Britanni, a Romanis derelicti, contra Pictos et Scotos, qui tunc denuo impressionem in Britanniam faciebant, euocarunt Anglos, vt opem sibi ferrent. Magna Anglorum copia, ducibus Hengisto et Horsa in Britanniam trajecerunt, sed mox, pulchritudine regionis allecti, maximam insulae partem ditionis suae fecerunt. Perpauci Britanni in montes perlitescebant; ceteri, gladio oppressi, ingratis victoribus poenam vitae dabant. Vnde factum videtur, vt ne minima quidem linguae hujus gentis infelicitis monumenta supersint.

Vid. SLEIDANI de quatuor monarchiis libri III. Lugd. Batavor. 1669. p. 179.
JOHNSON history of the english language l. l.

§. III.

Lingua anglica flumen ex communi fonte plurimarum linguarum septemtrionalium, ex lingua Germanica seu Gothica est. Dr. HICKES hoc cognatarum linguarum stemma delineauit.

L i n g u a . G o t h i c a



§. IV.

Antiquissimum linguae Gothicae monumentum reperitur in versione Noui Testamenti, quae Codex argenteus (the silver book) appellatur. Dialectus anglica; ex illa in hoc libro obuia lingua absque dubio originem suam ducit.

Vid. JOHNSON l. l.

§. V.

Anglo - Saxones septem regna constituerunt, quae tandem anno Christi octingentesimo in vnus Angliae nomen et sceptrum coaluerunt. Elapso prope saeculo sexto Augustinus Monachus a papa Gregorio M. ad eos missus, Ethelbertum regem Gentiae ad majorum superstiones abjiciendas et sacra christiana suscipienda impulit.

Beda Histor. Eccles. gentis Anglorum lib. I. c. XXIII.

Cave histor. lit. eccl. T. 1. p. 549.

§. VI.

A christianis doctoribus Anglo - Saxones certam literarum formam et seriem accepisse videntur, ita vt nunc demum in chartam conicere cogitata inciperent. Alfredus rex, qui ad exitum prope-rante saeculo nono regno Anglorum praefuit, ad restituendas literas atque excolendam linguam vernaculam omnia fecit. Ipse auctoris partes suscipiebat et apud JOHNSONIUM l. l. exemplum paraphraseos seu imitationis Boethii in lingua Anglo - Saxonica extat.

Cf. SPELMANNI vita Aelfredi Regis Oxon. 1678. 1722. in linguam anglicam hic liber translatus est a Th. Hearae.

§. VII.

Dani sub exitum saeculi octaui Angliam inuaserunt, occuparunt, atque, vti semper fieri solet, verba sua cum Anglo - Saxonice copularunt.

§. VIII.

Anno CIXLXVI. Normanni, duce Guilielmo Expugnatore, qui in Normandia in Gallia sedem suam posuerat, nauibus Angliam obierunt, magnamque hujus terrae partem ditionis suae fecerunt. Hinc expectandum erat, linguam, qua Normanni vtebantur, cum Anglo - Saxonica fuisse conjunctam; minime tamen hoc ex monumentis illius temporis, quae ad nostram vsque aetatem peruenerunt, elucet.

B

A Johnsonio exemplum profertur ex chronica Saxonica ab anno cxxxv. vsque ad annum cxxx., vbi nulla adhuc verba Gallica occurrunt. At apud nobilioris ordinis homines lingua Anglo-Saxonica a Normannica seu Gallica sensim sensimque depellebatur, dum ineunte saeculo decimo tertio medii ordinis homines ad majorem eueherentur auctoritatem et ita lingua Anglo-Saxonica jura sua recuperaret.

Cf. C. F. Ch. WAGNER Englische Sprachlehre für die Deutschen, *Braunschweig* 1819., in introductione §. 11.

§. IX.

Ob varium vtriusque populi, Gallorum atque Anglorum, nexum lingua gallica multa verba cum anglica communicauit et nunc demum lingua Anglorum incipit adpellari Anglica. Non satis perspectum est, quando haec mutatio linguae euenerit; ante decimum quartum tamen saeculum factam esse vix concesserim. Robertus Gloucester enim, primus Angliae poeta, cujus opera majora extant, in scriptis suis, saeculo decimo quarto exaratis, medio quasi inter vtramque linguam, saxoniam atque anglicam, sermone vtitur. In carminibus duobus a Johnsonio allegatis haec obseruanda sunt. In exitu vocum saepissime litera e adposita est, vbi nunc deest; v. c. lond pro land; ende pro end; gode pro good; lawe pro law. Eodem modo, quo hodie, scribuntur voces place, grace; sed kynedom scribitur pro kingdom. Propriae literarum formae sunt ȝ pro gh et ƿ pro th; v. c. ryȝt pro right; nyȝt pro night; ƿe est articulus the; ƿat est that.

In operibus Joannis VANDEVILLE, qui eodem scripsit saeculo, literae eandem penitus formam, quam hodie, habent; at voces singulae diuerse scribuntur, v. c. lond pro land; bezonde pro beyond. Hic vni tantum exemplo rationis scribendi locus sit:

But men see another *sterre*, the *contrarie* to him, that is toward the *southe*, that is *clept* (ab antiquo verbo to klepe i. q. call) *Antartyk*. — For which cause men may *wel perceyve*, that the *land* and the *see ben* of *rounde shapp* and form.

§. X.

Primus scriptor *Anglicus* jure dici potest *Joannes GOWER*, non, uti quibusdam videtur, discipulus ejus *CHAUCER*. In carminibus illius lingua anglica ad magnam jam perfectionem promotam est, ita ut haud immerito a *Johnsonio* pater poeseos anglicae adpellaretur. *CHAUCER*, qui sub exitum saeculi decimi quarti florebat, magnum numerum alienorum, in primis gallicorum verborum in linguam vernaculam transferebat, nec non in carminibus simili exitu claudendi verba peritissimus erat. *LYDGATE*, monachus *Buriensis* eodem tempore scripsit, quo *Chaucer*. Librum exaravit, qui est de lapsu principum, ex quo *Johnsonius* versus quosdam citavit. *FORTSCUE* (chief justice of the common Pleas) anno *MCCCCCLXXI*. librum conscripsit, cui nomen: *Difference between an absolute and limited Monarchy*. In orthographia ejus hoc peculiare observandum, quod participia, imperfecta, et tertiae personae praesentis exeunt in *id, ith seu yd, yth, pro ed, eth seu s*. Omnino litera *y* *Fortscue* saepissime vitur in mediis verbis, pro qua nunc *i* adhibetur. *v. c. Whych thyng he dyd not, but oppressyd the People by Myght, and therfor he was a tyrant and callid Primus Tyrannorum*. In scriptis *Thomae More* ad hodiernam paene formam linguam anglicam excultam invenimus. *Ben Jonson*, *Shakespearii* aequalis, exemplar purioris stili *Thomam More* adpellat. Prae potioribus hic versus citetur:

Wyse men alway
 Affyrme and say,
 That best is for a man:
 Diligently,
 For to apply,
 The business that he can.

§. XI.

Incipiente saeculo decimo sexto *SKELTON* florebat, poeta laureatus regis *Henrici VIII*. Scribendi ratio ejus proxime ad illam *Thomae More* accedit, si respicias ad verba et orthographiam. Sub

ejusdem regis imperio *Comes de SURRY* maxima inter aequales auctoritate valebat. Johnsonius l. l. nonnulla carmina ejus laudavit. Circa medium saeculum decimum sextum alius auctor extitit inter Anglos, *BARCLAY*. Praestantissimum ejus opus inscribitur: the ship of fools, ex quo hic versus seligatur:

Ye mocking fools, that in scorn set your joy,
 Proudly despising Gods punishment:
 Take ye example by Cham the sonne of Noy
 Which laughed his father unto derision.
 Which him after cursed for his transgression,
 And made him servant to all his lyne and stocke.
 So shall ye caitifs at the conclusion,
 Since ye are nought and other scorn and mocke.

§. XII.

Sic ex antiquissimis inde temporibus, in primis ex *Alfredi M.* aetate derivatam linguam anglicam, saeculo decimo septimo, regnante *Elisabetha*, ad firmum denique statum advectam conspicimus, ita ut per pauca tantum, duobus saeculis praeterlapsis, mutarentur in ea.

DISPUTATIO II.

De origine linguae hispanicae.

§. I.

Hispania, terra insignis atque fertilis, ex antiquissimis inde temporibus Graecis sub nomine Hesperiae (vnde illi splendidi Hesperidarum horti) nota fuit. Primi hujus terrae incolae Cantabri atque Celtiberi adpellantur, quorum hi in meridionali Hispaniae parte, illi in septentrionali degebant. Linguae utriusque nationis partim inter se discrepasse, partim conspirasse, veri videtur esse simillimum. Ceterum nostro adhuc aevo gens Pyrenaeos montes adcolens, quae basca seu vascica nominatur, sermone vititur, qui magnam partem cum verbis antiquis cantabriensibus compositus esse dicitur.

§. II.

Huic aboriginum sermoni ex lingua punica seu carthaginiensi vocabula adjecta fuisse ob multum inter utrumque populum initum commercium dubitatione vacat. Tum hoc imprimis ad utramque linguam inter se commiscendam valebat, quod Carthaginienses magnam hujus terrae partem potestati suae subjecerunt.

Cf. Liv. XXI, V.

§. III.

Romani imperii sui fines vsque ad ultimos orbis terminos (sub quibus saepissime fretum Gaditanum intelligitur) extendebant. In Hispania secundo punico bello principium datum est. (Liv. XX., VII.) Victis atque ex Europa pulsis Carthaginiensibus, per longam annorum seriem Romani Hispaniae, in prouinciam redactae, leges atque tributa indixerunt. Hinc sermo romanus in oppidis maxime, in foro atque cathedra, valebat. Haud pauci, iique praeclari scriptores latini in hac terra extiterunt; inter quos Quinctilianum dicere satis erit.

§. IV.

Theodoricus, Ostrogothorum rex, sublato Odoacro, factus Italiae dominus, imperio romano in hac terra finem posuit. Pari modo in Hispania a Westrogothis nouo regno Gothico, incipiente saeculo quinto, ortus datus est. Tota nobilitas Hispanica hodie originem suam deriuat a Gothis. Hinc Gothorum lingua in tota fere Hispania perualuit et immiscendo sese latinae ille, quem dicimus Romanzo, sermo exoriebatur. Vltimus rex Gothorum in Hispania fuit Rodericus, sub quo regnum Gothicum a Saracenis ex Africa venientibus fuit destructum a. 1000. Granada seu Illiberis, vti antea dictum oppidum erat, praeclarissima Maurorum sedes erat, cui Mahomed Alhamar rex primus praefuit.

Cf. Historia de las guerras civiles de Granada, *Gotha* 1805. Tom. I. p. 7.

§. V.

Ita tota Hispania vsque ad Pyrenaeos in potestatem Saracenorum peruenit, miseris Gothorum reliquiis hinc inde in montibus delitescens. Per 1000 annos Saraceni Hispaniam paene totam occuparunt, dum anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo penitus expellerentur. In tam longo annorum spatio lingua arabica, qua Mauri utebantur, cum victis communicabatur, ita vt per omnes paene regni partes Mauri aequae ac Hispani illam loquerentur.

 §. VI.

At lingua gothica minime extingui poterat, sed in parua a Saracenorum potestate liberata regna cum victoriis ex Mahammedanis reportatis redire videbatur. Ad summam inter haec regna potestatem Castilia euehebatur, vnde factum est, ut hujus prouinciae dialectus maximam prae ceteris auctoritatem sibi assumeret. Quot enim regna Christianorum in Hispania extiterunt, tot dialecti linguae, quam Romanzo adpellant. Quum Castilia tandem superior ceteris decederet (Castiliae regina Isabella principi Arragoniae Ferdinando nubente anno MCCCCLXIX) et Saraceni junctis viribus ex Hispania expellerentur, lingua castiliensis sola victrix remanebat.

§. VII.

Absque dubio lingua quoque Lusitana a castiliana suppressa esset, nisi propria ciuitas lusitana facta esset, quae castiliensi semper parem sese gerebat, vnde huic dialecto inuoluendae fines positi sunt.

§. VIII.

Hinc nomen castilianae linguae hispanicae prae ceteris tribuebatur et optimi gentis hispanicae scriptores opera sua in hac dialecto exararunt. Grauitas et snauitas intime in hac lingua sunt conjunctae; summa copia atque euphonia verborum, ita ut ad quamuis speciem poeseos, maxime simili exitu clausae, sit aptissima.

T H E S E S.

- I. *Infinita malorum omnis generis seges ex bellis sacris, quae vocant Kreuzzüge, in utrumque orbem redundauit.*
 - II. *Romani in scribenda historia Graecis pares, in ceteris artibus inferiores erant.*
 - III. *Neque Graecorum, neque Gothorum architecturam ad nostram aeuum pertinere, certum est.*
 - IV. *Ars pictoria apud antiquos minori euentu exercebatur, quam apud populos Christianos.*
 - V. *Quisque poetae alieni carmina in linguam vernaculam bene translaturus ipse poeta sit, necesse est.*
 - VI. *Si qui fuerint, qui voluntatem humanam liberam esse omnino negent, errant.*
 - VII. *Optimus quisque fortissimus est.*
 - VIII. *In Shakespearii tragoedia, cui heros fabulae Hamlet nomen dedit, Act. I. Sc. IV. p. m. 24. pro:*
Or by some habit, that too much o'er-leaues the form of plausible manners
legendum esse - o'er - leaps - statuo.
 - IX. *Narrationes insertae, quae Episodia vocantur, carmini epico ornameto potius, quam dedecori sunt.*
 - X. *Linguam hispanicam italica esse praestantior.*
 - XI. *De musica veterum nil certi dici posse.*
 - XII. *Milites, qui pugnare pro penetibus suis atque focis semper fortiores sese praestabant iis, qui pro honore tantum pugnare.*
-

Princeton University Library



32101 047243751

the most common, and the most serious, form of cancer in the United States. The incidence of breast cancer has increased steadily over the past few decades, and is now the leading cause of cancer death among women in the United States (American Cancer Society 2002).

There is a growing body of evidence that suggests that the use of tamoxifen, a selective oestrogen receptor modulator, may reduce the risk of breast cancer in women at high risk of developing the disease. Tamoxifen is a non-steroidal anti-estrogen that acts as an oestrogen agonist in the breast and as an oestrogen antagonist in the endometrium and bone. It is used as a primary prevention agent in women at high risk of developing breast cancer, and as an adjuvant therapy in women with a history of breast cancer. The use of tamoxifen as a primary prevention agent is currently under investigation in a number of large-scale clinical trials.

The purpose of this study was to evaluate the effectiveness of tamoxifen in reducing the risk of breast cancer in women at high risk of developing the disease. The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer.

The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer. The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer.

The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer. The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer.

The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer. The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer.

The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer. The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer.

The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer. The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer.

The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer. The study was conducted in a large, multi-centre setting, and included a large number of women at high risk of developing breast cancer.